

fectionis edenda negotium agitur: nihilo levius
quàm de his ipsis Religionis articulis luditur: ubi
illud Nazianzeni pio cuius occurrat: ἄλλοι μὲν
περὶ τῶν δογμάτων παιζέτωσαν: ἡμῖν ᾗ τοι-
αῦτα παίζειν οὐκ ἀσφαλές.

Pars II. Articuli ἀντιθετικῆ.

76. *Ἀντιθέσεως vicem in Articulo XV. περίσ-
μα istud sustinet: Quare vota & traditiones
de cibis & diebus &c. institutæ ad pro ne-
rendam gratiam, & satisfaciendum pro
peccatis inutiles sunt, & contra Evangeli-
um.*

77. *In genere partim omnibus traditionibus
humanis, partim verò in specie, certis quibusdam,
& quidem præcipuis Pontificiorum ritibus ac ce-
remonijs, ut exempli gratia, votis, discrimini cibo-
rum & dierum &c. Opinionem meriti ac cul-
tus Confessio nostra detrahit.*

78. *Pontificijs igitur potissimum ἀντιθέσις ist-
hæc est opposita, qui operibus traditionum huma-
narum, cultum divinum affinxerunt, hodiequè
affingunt, quo DEO immediatè serviri possit:
2. Imò contenderunt, quòd hujusmodi opera sint
utilia ad promerendam gratiam. 3, Quòd vale-
ant ad satisfaciendum pro peccatis.*

Constat